



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ad annum Christi 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118618

§. 27. Caput I. De institutione Sacerdotii novæ Legis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66653)

men fiebat mentio de literis, quæ Meli-
 tium Oratori tradebantur, eo quod Sæcul. XVI.
 nihil adhuc circa loci prærogativam in- A. C. 1563.
 ter ipsum, & Patriarchas fuisset deci-
 sum. Itaque duntaxat prælegebantur
 I. Literæ Poloniæ Regis, II. Sabaudia
 Ducis, III. Scotiæ Reginæ, ac denique
 Hispaniæ Regis pro Lunensis Comitis
 Legatione transmissæ, literæ tamen
 Belgii Gubernatricis non fuerunt recita-
 tæ, quia jam a Flandriæ Episcopis in
 generali Patrum conventu fuerant ex-
 hibitæ.

Omnibus hisce prælectis Parisiensis
 Episcopus, qui rem Divinam perage-
 bat, consensu suggestu decreta, sequen-
 tesque Canones prælegit.

§. XXVII.

CAPUT I.

De institutione Sacerdotii novæ legis.

„Sacrificium & Sacerdotium ita Dei *Lab^h. Conc.*
 „ordinatione conjuncta sunt, ut u- *coll. t. 14.*
 „trumque in lege extiterit: Cum igitur *p. 862.*
 „in novo testamento sanctum Euchari- *Pallav. c. 12.*
 „stix sacrificium visibile ex Domini in- *n. 2.*
 „stitutione catholica Ecclesia acceperit,
 „fateri etiam oportet, in ea novum esse
 „visibile, & externum sacerdotium, in
 „quod rebus translatum est. Hoc au-
 „tem ab eodem Domino Salvatore no-
 „*Hist. Eccles. Tom. XLVI.* B b itro

Sæcul. XVI.
A.C. 1563.

„stro institutum esse, atque Apostolis,
„eorumque successoribus in sacerdotio
„potestatem traditam consecrandi, of-
„ferendi, & ministrandi Corpus & san-
„guinem ejus, necnon & peccata di-
„mittendi, & retinendi, sacræ literæ o-
„stendunt, & catholicæ Ecclesiæ tradi-
„tio semper docuit.

§. XXVIII.

C A P U T II.

*De septem Ordinibus sacris, & quatuor
Minoribus.*

„Cum autem divina res sit tam sancti-
„sacerdotii ministerium; consen-
„taneum fuit, quo dignius & majori
„cum veneratione exerceri posset, ut in
„Ecclesiæ ordinatissima dispositione plu-
„res, & diversi essent ministrorum or-
„dines, qui sacerdotio ex officio defer-
„virent, ita distributi, ut qui jam cleri-
„cali tonsura insigniti essent, per mino-
„res ad majores ascenderent, nam
„non solum de sacerdotibus, sed & de
„Diaconis sacræ literæ apertam men-
„tionem faciunt, & quæ maxime in
„illorum ordinatione attendenda sunt,
„gravissimis verbis docent: & ipso Ec-
„clesiæ initio sequentium Ordinum no-
„mina, atque uniuscujusque eorum
„propria ministeria, Subdiaconi scilicet,
„Accolythi, Exorcistæ, Lectoris, & Officia-
„rij, in usu fuisse cognoscuntur, quam-
„vis